DE PEDUM ABLUTIONE ORATIO HABITA AD CLERUM, IN ECCLESIA METROPOLITANA...

Luca Ferrari



Illuſtriſs., ac Reverendiſs. Domino

Domino

HIERONYMO CRISPI

Patriarchę Alexandrino, et Ferrarię Archiepiſcopo.

LUCAS CANONICUS FERRARI


Felicitatem



Uę Te primum mandante fuit elucubrata, Te deinde pręſente paucis ab hinc diebus habita, nunc Te etiam imperante typis conſignatur mea hæc de Myſtica pedum Ablutione Oratio. Nec ſanè ſponte mea hùc ego unquam progreſſus fuiſſem, ut tenuiſſimam hanc lucubratiunculam publici Iuris facerem, quę evulganda multis quidem de cauſſis mihi non videbatur, niſi, ut id ego ſinerem, Auctoritas Tui omnium mihi graviſſima compuliſſet. Illud verò me ab hoc potiſſimum repel-

lebat, quod verebar, ne ſapienti hominum judicio minus æquo tribuiſſe putarer, quum eam rem illorum oculis exhiberem, quam nullo cultu expolitam, et ab ornamentis omninò inopem, indignam prorſus, ut prælo illuſtratâ prodiret, exiſtimabam. Ut ut res tamen cedat, nemo certè erit, a quo conſilium hoc meum improbari queat, cum me, non voluntatis quidem meæ, ſed Tuæ Auctoritatis rationem habuiſſe intellexerit: Præclarè mecum interim actum iri exiſtimabo, ſi ſcriptionem hanc meam Tu acceptam habeas, tuoque patrocinio tuearis, atque, ſi vel ex hoc ipſo, quod in Orationis hujus divulgatione meam tibi planè devoverim repugnantis animi difficultatem, judicaveris, nemini me prorſus alteri concedere, qui Te majori cultu, ac veneratione proſequatur; etſi enim levis admodum, ac perexigua videri cuipiam fortaſſe poſſit hæc meæ erga Te ſingularis obſervantiæ ſignificatio; id tamen ab humanitate tua me conſecuturum confido, ut hoc meum qualecunque obſequium, Tu, Præſul Ampliſſime, æqui bonique conſulas, illud memoria repetens, Deum ipſum quem Dignitate, quem Providentiâ, quem Religionis tuendæ ſtudio tanta ex parte refers, nulla magis in nobis re delectari, quam ſi noſtrum reluctantem animum ejusdem voluntati accommodemus. Faxit verò Deus ipſe, ut diutiùs feliciſſimè vivas, qui noſtræ felicitati, qui Patriæ ſplendori, qui gregis tibi concrediti ſaluti vivis, et incolumitati. Vale

ORA-



ORATIO.

CUm multa, magna, et prçclara, ex quo delato nobis prçcipuo quodam, maximoque Dei munere Ecclesiam hanc moderaris, a Te piè fuerint, sanctèque instituta, Illustrissime, ac Reverendissime Prçsul; tum verò illud, quod pervetustam çquè, ac laudabilem plurium Ecclesiarum secutus consuetudinem vespertinis hujusce diei horis fieri sanxisti, ut de mysticà illà pedum Ablutione, quam Christus in mortis suç pervigilio inter cçnandum exegit, publicè ex hoc loco Oratio haberetur. Id etenim Pietatis omne, ac Religionis officium postulabat, ut eximium adeo opus, in quo summa Servatoris nostri cum Charitas, tum Humilitas maximopere enituit, silentio minimè prçteriretur, ne vel nos singulari ipsius erga Homines dilectioni, qua quum dilexisset suos (*a*) in finem dilexit eos, minùs gratiesse censeremur, vel ne quidquam planè ad pie-

(a) *Joan.* 13. *ver.* 1.

(a) 2. Corint. 6. ver. 2. tatem hoc potissimum (*a*) acceptabili tempore fovendam, promovendamque deesse videretur. Quum verò duo sint, quę nobis in hac pedum lotione consideranda se objiciunt, Mysterium nempè, ac Mandatum; Mysterium, quod humili mentis obsequio veneremur; Mandatum, quod alacri operis exhibitione impleamus; sermonem ità de utroque instituam, ut cum pręcipua Redemptionis nostrę Mysteria in hoc ablutionis opere typico quodam signo exhiberi, ac mysticè adumbrari commostrem; tum verò illa quę Christus in eodem tradidit Vitę, Morumque pręcepta cursim attingam. Quę quidem dum ego persequar, oro Vos, obtestorque, ut si minùs compto, atque ornato dicendi genere uti videar, veniam mihi ultrò concedatis; quo enim tempore Ecclesia squalido amictu, pallentique ore tamquam Virgo (*b*) super virum plangens pubertatis suę, amantissimi sponsi sui necem effusis fletibus lacrymatur, nefas propemodum est ad ornatum, ac venustatem, dictionis verba componere.

Ablutio Pedum Typus Mysteriorum Redemptionis nostrę.

(b) Joel. 1. ver. 8.

Christus itaque, Fratres Carissimi, ut ex Evangelica lectione nuper audistis Cęnà legitimà expletà; ut qui licet omni lege superior esset, legem tamen non soluturus, (*c*) sed impleturus advenerat, à Cęnà surgit, vestimenta sua ponit, (*d*) ac linteo se præcingit. Quid porrò hęc nova rerum facies, nisi

(c) Math. 5. ver. 17.
(d) Joa. 13. ver. 4.

Redem-

Redemptionis nostrę seriem, modumque
designat? Ecquis enim est, Dilectissimi, (a)
Typus Dominicę Incarnationis qui à Cęnà surgit? Ille idem nempè, qui in Psal. 109.
Sanctorum (a) splendoribus genitus, sedens- ver. 3. (b)
que super solium excelsum (b) glorię suæ à Isai. 6.
beata illa mensa surrexit, de qua ipse Apo- ver. 1. (c)
stolis ait: Ego dispono Vobis (c) sicut dis- Luc. 22.
posuit mihi Pater meus Regnum, ut edatis, ver. 30.
et bibatis super mensam meam in Regno
meo, et a Patre (d) exiens è regalibus suis (d) Joa. 16.
(e) sedibus in hunc Mundum venit, ut in- ver. 28.
quinatos sanctificaret (f) ad emundationem. (e) Sap. 18.
Quinam vestimenta sua ponit? nisi qui quum ver. 15.
Deus foret [g] antea absconditus, lucemque (f) Heb. 9.
inhabitaret (h) inaccessibilem, amictus lu- vers 13.
mine (i) sicut vestimentò, Majestatis suę (g)
splendorem exuit, dum in terris subinde est Isa. 45. ver. 15.
visus (k), et cum Hominibus est conversa- (h)
tus. Quis demum linteo se præcingit? nisi Thim. 6.
qui in temporum plenitudine purissimam Hu- ver. 16. (i)
manitatem Divinitati suæ circumfudit, no- Psal. 103.
streque carnis mortalitate (l) indutus ap- ver. 2. (k)
paruit. Magnum porrò illud, et à sęculo (m) Bar. 3.
absconditum Dominicę Incarnationis Myste- ver. 38. (l)
rium typo quodam hic exhiberi, vel me ta- Aug. Epi.
cente intelligitis; in quo Unigenitus Dei Fi- 137. ad
lius cum in forma Dei esset (n) exinanivit Volus. (m)
semetipsum formam servi accipiens in simili- Colos. 1.
tudinem Hominum factus, et habitu, ut Ho- ver. 26. (n)
mo, inventus. Mysterium jam vidimus: Man- Philip. 2.
datum quęsò attendamus; Ipsa etenim eius fac- ver. 7.

ta

ta (*a*) prȩcepta ſunt, ac dum ille tacitus aliquid facit, quid agere debeamus innoteſcit: Monitos ſcilicet nos Chriſtus voluit, ut veterem hominem (*b*) una cum actibus ſuis expoliantes ſpiritu mentis (*c*) renovemur, et induamus novum hominem, (*d*) qui ſecundum Deum creatus eſt in Juſtitià, et Sanctitate; Ideo namque Dei Filius ſervilem formam (*e*) obumbrata Majeſtatis ſuȩ dignitate ſuſcepit, ut qui ſervi eramus (*f*) peccati, ſervi Juſtitiȩ fieremus, et Filiorum Dei adoptionem (*g*) reciperemus: Ideo in hunc mundum venit, ut mundaret ſibi (*h*) populum acceptabilem ſectatorem bonorum operum. Itaque Chriſtus jam pelvim parat, et aquam mittit (*i*) in pelvim: Quid verò pelvis, quid aqua immiſſa deſignet, non eſt ſanè, quod diù, multumque inquiramus; Ut enim pelvis Sacramenta ab ipſo inſtituta ſignificat, quibus ſaluberrimis veluti lavacris ac, balneis, et animȩ ſordes abluimus, et amiſſam illius ſanitatem recuperamus; ità aqua eidem affuſa Gratiam protendit, quam viſibili eorundem Sacramentorum ſignaculo inviſibiliter Chriſtus alligavit: Hȩc nimirum eſt aqua illa munda, quam Deus per Ezechielem (*k*) prȩdixerat, aliquando futurum, ut ſuper omnem carnem effunderet, cujus ſpiritu, ac virtute Filii, Filiȩque omnes (*l*) prophetarent: Hȩc eſt aqua illa, quam Iſraelitȩ in deſerto ſpiritaliter biberunt (*m*) conſequen-

Typus Sacramentorum, et Gratiȩ.

(a) *D. Greg. hom. 11. in Evangelia.*
(b) *Coloſ. 3. verſ. 9.*
(c) *Eph. 4. ver. 23.*
(d) *Ibid ver. 24.*
(e) *S. Leo ſerm. 2 de Nativ. Dom.*
(f) *Rom. 1. ver. 17. et 18.*
(g) *Galat. 4. ver. 5.*
(h) *Tit. 2. ver. 14.*
(i) *Joa. 13. ver. 5.*
(k) *Ezech. 36. ver. 25.*
(l) *Joel. 2. ver. 25.*
(m) *1. Cor. 10. ver. 4.*

ſequente eos Petra, lapide nempe illo angu- (a)
lari, qui medium parietem (*a*) maceriç *Eph. 2. ver. 14.*
ſolvens fecit utraque unum: Hęc demum
aqua illa eſt, quam Chriſtus ipſe Samarita-
nam mulierem alloquens ſe in ipſum ſincero
corde credentibus daturum ſpopondit, ut fons (b)
fieret, (*b*) aquæ ſalientis in vitam æternam. *Joan. 4. ver. 14.*
Sed proh inſanas Hominum mentes! qui
fontem hunc aquæ vivæ derelinquunt, ut vel
cænoſas, ac virulentas Babylonis undas avi-
dè combibant, vel ciſternas ſibi diſſipatas ef- (c)
fodiant, (*c*) quæ continere non valent aquas. *Jer. 2. ver. 13.*
Veruntamen ſi ſcirent (*d*) donum Dei, ab (d)
illo forſitan petiiſſent. Nos verò, Dilectiſſi- *Joa. 4. ver. 10.*
mi, ad Fontem hunc viventis aquæ propere- (e)
mus: hauriamus aquas in gaudio (*e*) de *Iſai. 12. ver. 3.*
fontibus Salvatoris; ac dum interim Ille cla- (f)
mat, ſi quis ſitit (*f*) veniat ad me, Nos pa- *Joan. 7. ver. 37.*
riter cum muliere illa clamemus, Domine (g)
da mihi (*g*) hanc aquam: Dabit Ille pro- *Joan. 4. ver. 15.*
fectò, qui vult nobis plus dare (*h*) quam
nos accipere. An non videtis, qua animi (h)
alacritate, quo cordis affectu, qua denique *D. Aug. ſer. 22. de verbis Domini*
ſui demiſſione, ſuis Ipſe manibus pelvim ad
Apoſtolos defert? ante ipſos in genua pro- (i)
cumbit? Illorum pedes abluit? ablutoſque *Joan. 13. ver. 6.*
linteo detergit? [*i*]. O inauditum charita-
tis prodigium! O præclariſſimum humilita-
tis exemplum! Tene igitur Chriſte Jeſu Pa (k)
ternæ Gloriæ [*k*] Splendor, Candor (*l*) *Hebr. 1. ver. 3.*
lucis æternæ, et Imago Bonitatis illius, qui por- (l)
tas *Sap. 7. ver. 26.*

(a) Heb. 1. vers. 3. tas omnia (*a*) verbo virtutis tuę, qui ambulas (*b*) super pennas ventorum, cui millia millium (*c*) Angelorum ministrant; Tene, inquam, usque adeò demittis, ut lutulentos Discipulorum pedes tuis manibus abluas! manibus, inquam, illis, ad quarum contactum et surdis auditus, et cæcis redditus visus: Quarum imperio et fugatæ procellæ, et fluctus sedati: Ad quarum denique nutum et salus ægris, et vita mortuis restituta. Quo Te Domine Jesu, nostri amor? quo Te nostri Charitas? Quo veræ Humilitatis ardor abjecit? Quamquam enim mirum non est, si Is usque adeò se nostri caussa demittat, qui factus obediens usque ad mortem (*d*), mortem autem Crucis, semetipsum pro nobis humiliavit: Si Discipulorum pedes abluat, qui sanguine suo in Passione, ac Morte largissimè effuso Hominum noxas eluit, nosque ab omni peccato (*e*) emundavit: Si tandem ablutos pedes suo linteo abstergat, qui scelerum nostrorum sordes in se ipsum transtulit, factusque pro nobis (*f*) maledictum languores nostros verè in se tulit (*g*), et dolores nostros in semetipso portavit. Mirari itaque potiùs subit, quod post illustre adeò humilitatis exemplum flecti adhuc Homo, et humiliari detrectet: Sed quid superbis (*h*) terra, et cinis? Erubescat jam Homo (*i*) esse superbus, quoniam propter Hominem factus est humilis Deus. Sed ut ad insti-

(b) Psal. 103. ver. 3.
(c) Dan. 7. vers. 10.
(d) Phil. 2. ver. 8.
(e) 1. Joa. 1. ver. 7.
(f) Gal. 3. ver. 23.
(g) Isa. 53. ver. 4.
(h) Eccl. 10. ver. 9.
(i) D. Aug. ser. 41. de verb. Dom.

Typus Passionis ac Mortis Christi Domini

institutum nostrum redeamus, quum quævis Reparationis nostræ Mysteria in Christi Domini Resurrectione potissimùm completa fuerint, per quam et salutis nostræ perfectum est Sacramentum, et Fides nostra (*a*) constabilita est; congruum erat, ut suæ Resurrectionis Mysterium in hoc Ablutionis opere Christus quoque adumbraret; quod quidem tum Ipse perfecit, cum lotione absoluta, vestimenta illa, quæ antea dimiserat (*b*) denuò assumpsit; quam enim deposuerat carnis substantiam denuò recepit, dum Redivivus ab Inferis resurrexit. Ad hoc porrò Dominicæ Resurrectionis Mysterium eà, quà par est, animi munditie propèdiem celebrandum, Fratres Carissimi, nos comparemus: Deponamus veterem sarcinam carnalis cæni, omnique detersà vitiorum labe rediviva Gratià Immortalitatis ornemur: Emundemus nos à quòvis inquinamento carnis, ac Spiritus, nec ullo mundano pulvere (*c*) religiosa corda sordescant. Pudeat nos verò, Dilectissimi, postquam nova suscepimus indumenta Sanctitatis, in veterem vilitatem (*d*) degeneri conversatione redire: Pudeat, postquam Animæ sordes abluimus, pravis nos denuò terrenarum rerum affectibus deturpare; sed illud cum Canticorum Sponsa repetamus: Expoliavi me tunica mea (*e*); quomodo induar illà? lavi pedes meos; quomodo inquinabo illos? Ut ita cum Christo verè resurgentes

Typus Resurrectionis D. N. I. C.

(a) I. Corin. 15. ver. 17.

(b) Joan. 13. ver. 12.


(c) S. Leo ser. 4. de quadr.

(d) S. Leo ser. 1. de Nativ. Dom.

(e) Cant. 5. ver. 3.

non

(a) Cor. 5. ver. 8. non in fermento veteri nequitiæ, ac malitiæ, (a) sed in azimis sinceritatis, et veritatis Pascha Domini celebremus, ac priorem Illius Resurrectionem imitantes, ad aliam incorruptibilem glorificandæ carnis Resurrectionem adjuvante Domino perducamur. Amen. Amen. Domine Jesu, qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis, et regnas per infinitas myriadas sæculorum.



(*Dixi*)



FERRARIÆ MDCCXLVI.

Apud Joseph Barbieri *Superiorum permissu*.